quam planitiem referre vilum eſt, prædicta vero expanſione verticali & transverſa, ut vela ventis, valde ſinuatum, ſinibus plerumque convexis. Alia pluribus minutis flexibus texta expanſa obliquantur. Species araneorum II:ma pauciora transvertunt ligamenta, nec textum ſuum planum tam multimoda pandiculatione diſtendunt, licet id melius, quam hæc ſpecies, conſpiſſent. Novum haud temere Genus hæ ambæ ſpecies conſtituerent, ni adhuc duceretur ſupervacaneum. Hoc tamen ad ulterius Poſterorum examen defero.

4. Cap.

De Retiariorum Tertio Genere, ſive TEXTORIBUS.

§. 1.

Retiola horum araneorum, quanto minus notabilia, quam ſuperiorum duorum Generum, primo intuitu, occurrant, tanto magis noſtra re-

ket mer har man orſak, at vôrda Skaparens allviſa inråttning, ſom genom ſårſkildta lagar och lefnads ſått, de minſta kråk imellan, gjort dem alla, till ſins namns åro, för månniſkan ſkilgaktige och kånbara. Når deſſa Spindlars tåta nåt, ſamt hål-ſpindelens många fôråndringar af olika circlar, coner, omſvep och irrgångar nogare betraktas, må man ſtadna i ſtôrſta fôrundran. Jag har ſett Labyrinth-gånger från ſjelfva marken, mot tåppen af hôga ôrter, til tre a fyra fots hôgd i ett befynnerligit ſammanhang af coner och hvalf-gånger, ſom vidare på ſitt ſtålle ſkal omtalas.

§. 2.

Om man behagar kalla detta Slågtet horizontela nåtvåfvare, ſå kunde de ockſå dårigenom nåſtan från alla andra urſkiljas och kånnas, efter deras nåt, utom den belynnerliga tåthet de hafva, åfven måſt ſtå i en horizontel ſtållning.

§. 3.

---

fert, ſapientiſſimum ordinem venerari a Creatore inſtitutum, Qui, ad ſui Nominis gloriam, minutiſſima animalcula dignoſcere & diſtinguere, homines docuit, leges illis particulares & vivendi modos præſcribendo. Dum ſpiſſos horum & multiformes, circulares, pyramidales, divaricatos ac perplexos cavatorum araneorum reticulos attentius ſpectamus, in maximam eorum rapiamur admirationem. Flexus vidi labyrinthicos a radicibus herbarum, tres aut quatuor pedes altarum ad ſummitates, ſingulari conorum & lacunarium connexione ſurgere; qui infra ſuis locis commemorandi ſunt.

§. 2.

Si hujus Generis araneos retiolorum planorum Textores adpellare placet, a ceteris fere poſſunt diſcerni: quia iplorum reticuli, præter ſingularem ſpiſſitatem, ſitum etiam planum habent.

§. 3.

§. 3.

Deſſas *nät åro* i haſtigt påſeende *ej olika ett linne eller flor*, faſt deras ådar ej åro, ſom våfvens, korsvis inom hvarandra faſtlåſte, utan på hvarandra dår och hvar tått faſtkliſtrade.

§. 4.

Deſſe Spindlar *haſva ett helt annat utſeende*, ån de tvånne fôrra ſlagen i denna flocken, ſom vid fôrſta påſeendet låtteligen mårkes.

§. 5.

Oaktadt deſſe åro *verkeliga Gillrare-Spindlar*, ſå *afvika* de dock aldeles *från de två fôrra ſlagens ſyſtematiſka kånne-teken, och ſå ſôljande.*

1. *Två långa ſpintippar*, ſom ſpetlar, utom bakåndan.
2. Är deſſas *ſiſta fot-par det långſta*; de ôfriga tre paren fôråndra ſig ſins imellan, ſom vid hvarje art ſkal blifva utmårkt.
3. Ögonen ej ſammanvåxte.

Spec.

---

§. 3.

Retiola obiter inſpecta multitiis non abſimilia ſunt, licet eorum fila, ut texti, non cancellatim nodalis complicentur, verum ſubſtratis transverſe adglutinentur.

§. 4.

Hi ſpeciem longe aliam referunt, quam ſuperiora duo hujus Claſſis Genera, quod primo obtutu facile percipitur.

§. 5.

Etſi vere Retiarii ſunt, notis tamen ſuperiorum duorum Generum ſyſtematicis omnino carent, & adipiſcuntur ſequentes.

1. Duo longiuſcula tubercula, ultra anum acuminata, prominent.
2. Sunt ultimi pedes longiſſimi. Ceteri inter ſe variant, quod in ſingulis ſpeciebus notabitur.
3. Oculi non concreti.

Spec: 1. *Aran. DOMESTICUS.*

Så godt ſom hela året igenom, finnes denna arten i fönſtren, ſamt vinklar och vrår i huſen; Pl. 2. Tab. 9. Midt i Julii fångade jag tio ſtycken i ett rum, ſom hade två fönſterluſter. De hade alla byggt ſina nåt i hörnen af fönſtren, föga ett quarters längd imellan ſomliga. Deras nåt voro horizontela, med en tratt på ändan, längſt in i hörnet, hvaruti Spindelen altid ſatt, vände ögonen framåt, och aktade på rof. Alla hade lika lefnads- och våfnads ſätt, och håller jag dem för ſamma, ſom i C. L. fau. Suec. ſub N:o 1215 åro beſkrefne. Vid deras granſkande, vardt jag rått brydd, efter ingen var den andra, i alla delar, hvad tekning och färg angick, på en gång fulleligen lik; dock voro föttren hos dem alla af enahanda indelning til ſina ſärſkilta längder ſins imellan. Den lilla ſkilgaktighet, ſom hos en eller annan fants på ögonens ſtällning, kunde icke åſtadkomma någon ny arts inrättning. Deſſe krypa ockſå utur ſitt gamla ſkal, hvaråa jag fick fyra öfvertygande hela och oſkadde öfverlefvor.

Ögo-

Spec. 1. *Aran. DOMESTICUS.*

Per totum fere annum in feneſtris & ædium angulis hæc ſpecies obvia eſt. Pl. 2. Tab. 9. In una, ſub medium Julii, camera, quæ duo habet feneſtrarum feramina, decem capiebam. Retiola ſua in angulis feneſtrarum ſinguli conſtruxerant, vix quadrantis ulnæ intervallo inter ſe diſtantia. Plana videbantur, inque extremitatibus, angulis proximis, infundibulis inſtructa, ubi ſubſidebat ſemper araneus, & prædam ſibi proſpiciebat. Similis vivendi & texendi methodus unicuique erat, quapropter, hos pro illis habeo, qui in C. L. fau. Suec. ſub num. 1215 deſcripti ſunt. Horum examen me in admirationem inducebat; nulli enim, pictura & coloribus, ſimul ac omnino ullus comparari poterat, tametſi pedes cujusvis ordine æquales brevitate ſe excipiebant. Oculorum ſitus, quo pauci parum differebant a reliquis, novam non videbatur ſpeciem conſtituere. Veterem quoque teſtam hi exuunt, de quo quatuor integræ atque illæſæ exuviæ me convincebant.

Ocu-

Ögonen, ſvarta, alla lika ſtora, ſtåldte, ſom puncterne i Fig. 3. föreſtållas.

Fötterne, 4. 1. 2 och 3 efter annan kårtare: de långſta ongefär två gånger ſå långa ſom hela Spindelen, ſmala, med ojämnt långa hår och få borſtar klådde; på ſomliga blef man många pinnar varſe. Alla hade ſmå ringar på fötterne af hvitt och ſvart, faſt två Spindlars fötter voro nog mörka, och de hvita ringarne föga ſyntes; två nog bleka, at de ſvarta knapt ſyntes; en ſynnerliga tydelig: de öfrigas midt imellan.

Bröſtet, åggformigt, något platt, på ſomliga nog mörkt, hos andra mera ljuſt, och några med en ſtarkare lysna närmſt fötterne. Den afritade var måſt mörk, och hade en ljus våg åt hvarje ſida. Alla voro af ſmått ſjun ludna och glånſande. Ibland ſjunet framſtucko ſig många, långa och ſvarta hår, vid ögonen.

Bålen, åggformig, luden; bröſtets fäſte ſatt något under. På några var färgen litet åt mörkt, på andra litet åt ljuſt, och utan tek-

---

Oculi, nigri, æqualiter magni, ut Fig 3. oſtendit, collocati.

Pedes, 4. 1. 2 & 3. brevitate ſe exceperunt: graciles, pilis inæqualiter longis paucisque ſetis inveſtiti; longiſſimi totum araneum longitudine bis exceſſerunt. Nonnulli fuerunt aculeati. Albi & nigri circuli omnes cinxere, licet duorum araneorum pedes tam furvi fuerint, ut albi circuli vix adparuerint; duorum ſatis ſubalbidi, nigros pene inadſpicuos reddiderint; Unius diſtincte clari; reliquorum mediocriter.

Pectus, ovatum, aliquantum planum, in aliis ſatis tenebricoſum, nonnullis lucidius, apud alios lucidiori facula proxime pedes illuſtratum fuit. Delineati pars maxima noctuina, unica unda luxit utroque latere. Tenui lanugine tecti nituerunt omnes. Pili, multi, longi, nigri, e lanugine prope oculos prominuerunt.

Alvus, ovata, piloſa, juncturam pectoris infra quadantenus habuit. Aliorum alvus leviter furva; aliorum parum lucida ſine pictura; nonnul-

tekning; ſomliga åter med matta appelkaſtade fläckar; och en ſådan, ſom ritningen viſar, med ſju gulaktiga fläckar, något ſammanhängande, omkring en mörk afdelning; och ſtörre framåt. Bålen ſkiftade litet af gult och rödt mot bakdelen, hvaromkring ſyntes två långa, två kårta, och två helt ſmå ludna ſpintippar. Inunder bålen voro ſomliga litet vattrade, ſomliga intet; kring märket två bleka fläckar.

Armarne, Hanans Fig. 2. hade en liten påron-formig knöl, på ſin ganſka långa ſpets, ſom flöt armen, och var ej längre, än knapt tredjedelen. Honans armar långrunda. Bågges med ojämnt långa hår och borſtar rikeligen förſedde.

Tilhållarena, mer och mindre mörkbruna, ſamt med långt och fint ludd ymnigt påſtrödde, lodrätt ſtäldta, och på ytterſta ändarne litet utſpårrande.

Äggen, nog ſmå, åtſkilda, runda, hvita, och i ett traſel inveklade.

Un-

---

lorum vero minus lucide guttata, & unici alvus, quam figura exhibet, ſeptem maculis ſubluteis, anteriora verſus majoribus, aliquantulum contiguis, ſegmentum tenebricoſum, ad longitudinem, cingentibus, notabilis. Alvus ex ſubluteo ſubrubuit anum verſus duobus longiuſculis, tot brevibus, totidemque pertenuibus ac piloſis, tuberculis circumdatum. Subterior Alvus aliis Araneis leviter undulata, aliis non. Membrum vero Genitale binæ ſubalbidæ maculæ cinxerunt.

Brachia, maris (Fig. 2.) deſierunt in acumen longiſſimum, nodulo pyramidali, vix quoad tertiam partem, conſpicuum. Fœminæ brachia teretiuſcula. Utriusque pilis inæqualiter longis & aculeis abundarunt.

Retinacula, magis minusque ſubnigra, longiuſcula & tenui lanugine plena, perpendicularia, in extremitatibus paululum divaricata.

Ova, perparva, ſeparata, rotunda, alba, tricisque involuta.

Pul-

Ungarne, framkommo den 22. Julii, hvilka nyſs efter klåckningen voro helt hvita.

Spec. 2. *LABYRINTHICUS.*

Ifrån vårens bôrjan til ſommarens ſlut, fins denne alleſtådes, hâlſt nåra in til marken, ſâſom ock i bårgsrefvor. Pl. 2. Tab. 8. Deras nåt åro måſt horizontela eller jâmnt med marken lôpande, af nog tåt våf, med en lång tratt i åndan, i hvilken de ſitta och lura på rof. Vid nåtets minſta vidrôrande, åro de ſom en blixt ute, at ſe hvad ſom på fårde år. De åro ganſka ſkygga, och gômma ſig, med en ogemen ſnållhet, inne i ſmygor fôr minſta ſkråmſel. När nåtet blifver af gräs och ôrter något ſkadadt eller ôfvervåxt, ſâ ôfvergifver han det dârfôre icke, utan lappar, utvidgar, och fôrſåtter gillervåfven uti makalôſa och artiga hvirflar, til tre a fyra fots hôgd, at rof ej må tryta dem, til deras fôda.

Ögonen, tydeliga, och ſynnerliga ſtåldte, ſom puncterne på Fig. 3. utviſa.

Fôt-

Pulli, die 22 Julii editi, albicarunt proxime poſt excluſionem.

Spec. 2. *LABYRINTHICUS.*

Habitant, ab initio veris usque ad finem æſtatis, ubique, frequentiores vero humi & in rupinis. Pl. 2. Tab. 8. Retiola plerumque plana ex texto ſpisſiori conficiuntur, longaque in extremitatibus infundibula habent, ubi aranei ſubſident prædam ſpeculantes. Sub minimo retioli motu celerrimi excurrunt, attendentes motus cauſſam. Minimis perculſi terriculis ſe in latebras citisſime abdunt. Reticulos graminibus herbisque læſos aut ſuffocatos non derelinquunt, ſed refarciunt, ampliant, inque elegantes & incomparabiles orbes, tres aut quatuor pedes altos, convolvunt, ne præda deſit eſculenta.

Oculi, adſpicui, & peculiari modo collocati; quod indicant puncta, Fig. 3.

Pe-

Fötterna, med ojämnt långa hår, borſt och pinnar förſedde; 4. 1. 2. och 3. efter annan kårtare, bleka, ſmala och nog långa: det långſta paret vid paſs två och en half gång längre, än ſjelfva Spindelens längd.

Bröstet, äggformigt, något platt, brunaktigt: har en kluſven lyſna längs efter, ſamt ſmått fint ludd öfveralt.

Bålen, aflång, ſvartaktig, glänſande; frånkännes, medelſt en lång tekning af orenthvita, och lutande tvår-linier, ſom Fig. I. viſar, väl från alla andra Spindlar. Den har ojämnt långa hår, och på ändan vid bakdelen, två långa ludna ſpintippar. Inunder ljus-grå, med en mörk fåra mot hvarje ſida.

Armarne, med hår, borſt och pinnar täkte. Hanans ſes Fig. 2.

Tilhållarena, mörk-bruna, ludna, lodrätta. Fau. Suec. 1223.

Spec.

Pedes, ſubalbidi, graciles, pilis inæqualiter longis, ſetis & aculeis, rigent; 4. 1. 2. & 3. brevitate ſe excipiunt. Longiſſimi magnitudinem ipſius aranei plus quam bis excedunt.

Pectus, ovatum, aliquantulum planum, ſuffuſculum, facula diviſa ad longitudinem illuminatum tenui molliquè lanugine totum conſpergitur.

Alvus, oblonga, nigricans, nitida, pictura ſemicana in longum producta, lineolis quibusdam oblique transverſis abrupta ad Fig. I.) ab omnibus aliis araneis probe dignoſcitur. Pilos habet inæqualis longitudinis, & in extremitate prope anum, duo longiuſcula tubercula lanuginoſa. Pars ſubterior favillacea, ſulco furvo utroque latere perducitur.

Brachia, piloſa, ſetoſa, aculeata. Maris, vid. Fig. 2.

Retinacula, ſubnigra, piloſa, perpendicularia, C. L. Fau. Suc. 1223.

Spec.

Spec. 3. *PALLIDULUS.*

Midt i Junii funnos Honor upp i trån, hvilka ſuto i tåta våfde fôrmak, och aktade ſina ågg-kullar: Pl. 2. Tab. 7. De voro af olika ſtorlek, och åtſkilliga gånger fants, en mindre Hona hafva flera ågg, ån en ſtôrre.

Ogonen, tydeliga, och ſtåldte, ſom Pl. 2. Tab. 9. Fig. 3. utviſar.

Fôttren, ſtackota och knubbiga, litet mer eller mindre ljus-bruna eller gråhyſjota, och med ojâmnt långa hår, borſt och pinnar beſtrôdde: 4. 2. 1. och 3. efter annan kårtare.

Brôstet, trubbigt, ågg-formigt, mer eller mindre grått eller ljus-brunt, och med helt fint ludd ôfverdraget.

Bålen, långlig, ågg-formig, mer eller mindre grå eller ljus-brun, jâmnt luden ſom ett ſammet, och utan någon tekning. Kring bakåndan ſuto ſex ludna ſpintippar, af hvilka fyra voro långre och två kårtare. Under bålen, var mårket ſvart,

---

Spec. 3. *PALLIDULUS.*

Ad medium Julii in arboribus deprehendebantur fœminæ ſedentes in ſpisſis veſtibulis, ſuasque ovorum maſſulas cuſtodientes, Pl. 2. Tab. 7. Magnitudine erant inæquales, & minorum ova ſæpe majorum prævalebant numero.

Oculi, adſpicui. Eorum ſitum Vide Pl. 2. Tab 9. Fig. 3.

Pedes, breves, craſſi; 4. 2. 1. & 3. brevitate ſe excipiunt; paulo magis minusve ſuffuſculi, vel glauci, pilis inæqualiter longis, ſetis & aculeis, nubuntur.

Pectus, obtuſum, ovatum, magis minusve glaucum vel ſuffuſculum, molliori obducitur lanugine.

Alvus, longa, ovata, magis minusve glauca vel ſuffuſcula, æqualiter ſericata, pictura caret. Anum cingunt ſex tubercula piloſa, quorum qua-

ſvart, och på ömſa fidor om det ſamma, en hvit nåſtan trekantig eller hjårtformig fläck.

Armarne, af hår, borſt och pinnar ludne.

Tilhållarena, ſvarta, med fina hår beſtrödde, och nåſtan lodrått ſtåldta.

Äggen, voro af medelſtorleken, och hade en blek åggegulas fårg: i ſomligas boen funnos allenaſt tretio, i andras etthundrade femtio. Jag har ej ånnu mårkt, at de lågga ſina ågg i flera högar. Jag träffade en kull, dår en god del af ungarne redan voro framklåkte, och några höllo på, at ſkilja ſig vid ſitt förſta hemviſt. Fig. 2. viſar en unge, hvilken nyſs ſprångt upp hinnan, ſom ſkrymper och gifver ſig tilbaka mot ungens bakånda (B), och åndteligen bårtfaller. (A) år bröſtet, ſom reſer ſig. Medan ungen legat inom hinnan, har han med föttren omfamnat bålen (C). Tekningen af ungen ſynes något genom hinnan likſom ſmå circlar (ſe Fig. 3.).

Ho-

---

tuor ſunt longiora, & duo breviora. Subtus nigrat membrum genitale, cujus utroque latere macula triangularis fere, ſive ad formam cordis, albet.

Brachia, piloſa, ſetoſa & aculeata.

Retinacula, nigra, mollibus pilis ſparſa, & propemodum perpendicularia.

Ova, mediocriter magna & ſufflava. Alii triginta tantum folliculi, centum & quinquaginta ova alii, continebant. In plures ſepoſita maſſulas non adhuc vidi. Unius maſſulæ, in quam incidebam, pulli jam dum multi erant excluſi, & nonnulli a primo ſuo habitaculo diſceſſuri. Fig. 2. pullum demonſtrat, qui nuperrime dirupit tunicam, ſe illico corrugantem ac retrahentem verſus pulli anum (B,) & denique delabentem. (A) notat pectus, quod ſe erigit. Tunica incluſus pullus pedibus amplexus fuit alvum (C). Pictura pulli, circulos exhibens, per tunicam perſpici potuit. (vid. Fig. 3.)

Foe-

Honorne viſtas qvar i boet hos ungarne, någon tid ſedan de blifvit klåkte, förmodeligen ſå länge, tils deſſe kunna förſörja ſig ſjelfva.

5 Cap.

Om HOPPARE-FLOCKEN, förſt i allmånhet, och ſedan i ſynnerhet om det förſta Slaget, ſom kallas LUPI.

§. 1.

Ehuru underliga och olika blandningar af beſvårligheter och förmoner (om man ſå får ſåga) förekomma oſs i alla Skaparens vårk; ſå år intet det minſta kråk miſsnögdt med ſin lott; faſt månniſkan ſom oftaſt, ty vårr, knorrar öfver den Alsmågtigas allviſa ſtyrſel, vid ſina gåfvors utdelande. De redan beſkrefne Spindlår, ſynes hafva, utom ſmå ögon och ſvag ſyn, åfven obeqvåma bålar, och klena ben, at vandra långt i kring och

---

Foeminæ manent in nidis apud pullos, poſtquam excluſi ſunt, procul dubio, donec hi ſemetipſos alere posſint.

5. Cap..

Primum de SALTATORIBUS generatim, & deinde de primo Genere, ſive LUPIS.

§. 1.

Mirandis licet & immoderatis commodis ac incommodis (ſi ita dicere fas ſit) permiſta Creatoris opera nobis occurrant, & ſapientisſimum omnipotentis imperium ac munificentiam homines, proh dolor, quam ſæpisſime indignentur; minimum tamen quodlibet animal ſua ſorte contentum eſt. Præter parvos & hebetes oculos, quos aranei jam deſcripti habere videntur, eos obeſæ alvi pedesque graciles inhabiles reddunt alimen-

och ſöka födan; men däremot ſå mycket mera ſnille och fårdighet, at ſpinna giller på många vis, hvaruti de, i ro och ſtillhet, utan vidare bekymmer, finna ſitt rikeliga uppehälle. Deſſe åter, ſom i denna flocken komma at beſkrifvas, finnas alla til gillrande oſkickelige; men ſå mycket mer, med vigare kroppar och ſtarkare ben förſedde, at göra vidlöftiga kringſtrykningar och långa ſprång. Deras ſtora ögon och ſkarpa ſyn, gör, at de långt förr, ån rofvet är inom deras krets at fångas, kunna ſe det ſamma, då de ſtälla ſig i ſtånd eller ordning, at ſpänna det når det kommer dem för når.

§. 2.

Som denna Flock är tydeligen delad i tre Slag; ſå vil man ſtraxt, utan alt omſvep (de andra uti deras rang eller företrädes-rått icke förolämpade), beſkåda det Slaget, ſom af de gamle är kalladt Lupi, och hafver följande känne-teken:

1. Fy-

---

tis peregre quærendis, peritiores vero ac promtiores ad multimodam reticulorum texturam, qua, ærumnarum & curarum immunes, ſuum ſatis ſuperque nutrimentum lucrantur. Singulos contra, qui ſub hac claſſe deſcribendi veniunt, ad retia tendenda minus habiles, tanto habiliores amplis itineribus & ſaltibus longis faciunt agiliora ſua corpora pedesque firmiores. Majuſculis & acutis oculis ſuis proſpiciunt prædam jamdum ultra ſphæram eorum volitantem, & propius accedentem ex præparato prehendunt.

§. 2.

Claſſis hæc quoniam in tria Genera lucide diſpeſcitur, absque omni ambagine (ceterorum ordine nullatenus turbato) id Genus inſpiciamus, quod Luporum cognomine a priſcis notatum eſt, & ſequentibus gaudet characteribus:

1. Qua-

1. Fyra ſtörre ögon och fyra ſmårre, ſtäldte, nämligen de 4 ſmårre alla i en linia på bröſtets främſta ända och nedra brädd; de ſtörre åter, af hvilka två åro helt ſtora, ſitta midt öfver föreſkrefne fyra ſmårre, men litet åt ſidan: de öfriga två åro litet mindre än deſſe ſiſtnämnde, och ſitta äfven på ſidan, men längre bakåt. Som af puncterne mellan föttren på Spindelen (Pl. 4. Tab. 2.) tydeligare inhämtas.

2. Är det *ytterſta* fot-paret det *längſta*, det *förſta* litet *mindre*, ſedan det *andra*, och det *tredje kårtaſt*.

3. Båra Honorne ſina äggbon, under bålen; och når ungarne blifvit klåkte, hålla de ſig faſt rundt i kring modrens bål, ſamt af hänne kringbåras och förſörjas, tils de nått den ålder och ſtyrka, at de ſjelfve kunna ſkaffa ſig föda.

Spec.

---

1. Quatuor oculis majuſculis, totidemque minoribus, recta linea infra in pectore. Ex majuſculis duo majores, ſupra minores intermedios, in latus parum declinant: reliqui duo paulo minores æque in latere ſedent, ſed propius alvum; quod ex punctis inter pedes aranei (Pl. 4. Tab. 2.) evidentius patet.

2. Ultimi pedes longiſſimi, primi paulo minores, deinde ſecundi, tertii breviſſimi.

3. Suos ovorum folliculos fœminæ ſub alvis geſtant; Pullique nuper excluſi alvis matrum adhærent, & a matribus circumferuntur ac nutriuntur, usquequo illam ætatem viresque adſequantur, ut ipſi alimenta poſſint acquirere.

Spec. 1. *FABRILIS.*

Midt i Julii fants en enda Hona, något kroſſad och utan en fot, Pl. 4. Tab. 2. Jag förſåg hånne ſtraxt med tjånligit hårbårge, och friſka flugor, dem hon, oaktad ſin krops ofårdighet, dock fårmt i flygten fångade. I anledning dåraf, hoppades jag, hon ſkulle blifva fullkommeligen helbregda; men hon dödde några dagar dårefter.

Ögonens ſtorlek ſins imellan, år med puncterne fram för Spindelen teknad. Pl. 4. Tab. 2. De åro alla ſvarta.

Föttren, ſkymliga, med ojåmnt långa hår ymnigt, men med borſt och pinnar, dår och hvar, beſatte.

Brôſtet, ludet, nog långt, litet ſmalare fram ån bakåt, ſamt något uphögdt: hafver en dubbel ljus kil midt uppå, en ſtark lyſna närmſt bålen, och en hvit karm på ômſa ſidor närmaſt föttren. Imellan kilen och karmen år brôſtet ljus-brunt, och

---

Spec. 1. *FABRILIS.*

Mutilam unoque pede privatam fœminam, circa medium Julii, unicam deprehendebam. Idoneum illi habitaculum proſpiciebam, muſcasque recentes, quas, licet debilis eſſet, ſub volatu tamen facile capiebat. Hanc ob cauſſam ſperabam, illam omnino ſibi reſtitutam fore. Aſt mors propediem conſequebatur. Pl. 4. Tab. 2.

Oculi cujuslibet magnitudinem puncta ante araneum deſignant. Singuli nigrant.

Pedes, glauci, ſetis & aculeis interciſe conſtrati, pilis inæqualiter longis abundant.

Pectus, piloſum, longiuſculum, anteriora verſus paulo acuminatius, aliquantum eminet. Gemino ſupra medium cuneo, lucida, proxime alvum facula, alboque proxime pedes margine ad utrumque latus conſpicuum. Intra cuneum & marginem ſuffuſculum pectus anteriori dimidio albis flammu

och på främſta hälften med ömniga hvita flammor ſirad. Midt för andra fotparet ſes en ſnedt ſtåld kolſvart fläck.

BÅLEN, aflång, äggformig, luden ſom ett ſammet, bek-ſvart inunder, men ljusbrun ofvanpå, med en ſvart ſicſac och ſmal ljus karm i kring, ſom börjar närmſt bröſtet, och lyktas på hälften af bålen. Mot bakändan ſynes en ljusbrun vattring, öfver tvåren, och fem ljuſa puncter längs efter hvardera ſidan. Närmſt bröſtet, öfver fäſtet, ſitter ett bek-ſvart romerſkt V., fyldt med orenthvita hår, ſom utgöra en trekant.

ARMARNE, nog långa, och af hår, borſt och pinnar, ludne.

TILHÅLLARENA, ſvarta, lodrätt ſtåldta, ludna, och på ömſa ändar med ljuſa hår-fläckar ſirade: klorna ſtarka och ſvarta.

HANAN fants en liten tid efter, och var Honan tåmeligen lik, armarne undantagne.

Spec. 2. *ACULEATUS.*

Siſt i Maji fans en enda Hona på gråsmarken, Pl. 4. Tab. 3. ÖGO-

---

mulis abundat. E regione pedum ordine ſecundorum, macula nigrat oblique poſita.

ALVUS, oblonga, ovata, ſericata, ſubter nigra, ſupra vero ſuffuſcula, linea nigra multangula, & tenui fimbria lucida, ab ipſo pectore medium adusque lui, circumducitur. Suffuſcula anum verſus varietate transverſim undulata, & quinque punctulis utrinque ad longitudinem, lucet. Supra juncturam pectori proximam nigrat Romana litera V, pilis ſemicanis triangulum formantibus conferta.

BRACHIA, longiora, piloſa, ſetoſa, aculeata.

RETINACULA, nigra, perpendicularia, piloſa, maculis pilorum lucidis in extremitatibus. Ungulæ firmæ nigrant.

MAS, brevi poſtea offendebatur, fœminæ omnibus ſimilis, exceptis brachiis.

Spec. 2. *ACULEATUS.*

Sub finem Maji reperiebatur unica fœmina in campo graminoſo. Vid. Pl. 4. Tab. 3.

Ocu-

Ögonens ſtorlek dem imellan år med puncterne fram för Spindelen teknad.

Fôttren, ôfveralt ludne, ſamt med grofva hår och pinnar om hvarannan växte. På låret ſitta två pinnar, hvilka åro vid paſs ſem eller ſex gånger ſtörre, långre och tjockare, ån de andre.

Brôstet, långligt, ſmalare framåt ån bak, môrkaktigt, med en ljus ål långs efter; ôfveralt af ojâmnt långa och grofva hår ludet.

Bålen, åggformig, ſotig, litet ljuſare nårmare brôſtet, och med ojâmnt långa hår ôfveralt ſtarkt luden.

Armarne, ſtarkt ludne; med några få grofva hår.

Spec. 3. *INQUILINUS.*

Vid ſlutet af September, fants en Hona under brâdden af ſamma nåt, ſom Labyrinthicus, eller den andra Spindelen i Gill-

---

Oculorum magnitudo punctulis ante araneum poſitis notatur.

Pedes, penitus piloſi, craſſis villis & aculeis ſparſim obſeruntur. Femora duobus aculeis rigent, magnitudine, longitudine & craſſitudine reliquos quinquies aut ſexies excedentibus.

Pectus, longiuſculum, quoad anteriora gracilius, tenebricoſum, lucida ad longitudinem angvilla perductum, pilis inæqualiter longis & craſſis in totum obnubitur.

Alvus, ovata, fuliginea, pectus verſus paulo lucidior, pilis denſis & inæqualis longitudinis, veſtitur.

Brachia, multum piloſa, paucis craſſis pilis rare ſparguntur.

Spec. 3. *INQUILINUS.*

Circa finem Septembris, fœmina (Pl. 5. Tab. 2.) reperiebatur ſub margine reticuli ab araneo Labyrinthico ſive ſecundo Retiariorum tertii Ge-

Gillrare-flockens tredje Slag, ſpunnit åt ſig, Pl. 5. Tab. 2. Jag födde hånna ſedermera länge, men fant hånna ej ſpinna något; dock tog hon flugorna i flykten ſnålt, på ſamma ſätt, ſom de andra i denna Flocken.

Ögonens ſtorlek teknas med puncterne fram för Spindelen.

Fötterna, ljus-bruna, ſtarkt ludna, och med några pinnar upblandade.

Bröstet, ludet, ljus-brunt och litet rödligt, rhombiſkt, med en ſtark kupighet eller ås uppåt, och två ſvartaktiga bågar på ömſa ſidor.

Bålen, oval, ljus-brun, något rödlig, luden ſom ett ſammet; med många ſvarta vågor tvärs öfver teknad, ſom ritningen utviſar; fram mot bröſtet, midt öfver fäſtet, med ett romerſkt V, hvilket har ſtark ſvårta, ſamt en lyſna midt uti.

Armarne, ljus-bruna, ludna.

Til-

Generis contexti. Diu illam poſtea nutrivi, nunquam vero nentem vidi, ſed muſcas ſub volatu commode capientem, ad modum ceterorum araneorum, qui ad hanc claſſem ſpectant.

Oculorum magnitudinem oſtendunt puncta ante araneum.

Pedes, ſuffuſculi, multum piloſi, aliquantulum aculeati.

Pectus, piloſum, ſuffuſculum, parum ſubrubens, ad formam rhombi, ſupra in acumen deſinit, binis arcubus utrinque nigricantibus.

Alvus, ovata, ſuffuſcula, ſubrubra, ſericata, multis undis nigris, prout figura habet, transverſis, & pectus verſus ſupra medium juncturæ, latinorum V atro, intrinſecus paulum lucido, ſignatur.

Brachia, ſuffuſcula, piloſa.

Tilhållarena, rått ſtarka, lodrått ſtåldta, på öfra hålften ljus-bruna, och på den undra ſvarta, ſtarkt ludne, och med ſvarta klor våpnade.

Spec. 4. *LIGNARIUS.*

Hela Junii månad fins denne Spindel-art (Pl. 4. Tab. 4.) måſt och båſt i barrſkog, bland tort ſtök, och på gårdes-gårdarne. Den år öfveralt luden och ſom en ſkåck papplader.

Ögonen, alla ſvarta, och hafva ſamma ſtorlek imellan ſig, ſom puncterne fram för Spindelen.

Föttren, utom håren, åfven med ſvarta pinnar rikeligen förſedde.

Bröstet, åggformigt, litet platt; med en liten lysna längs efter.

Bålen, aflång åggform; med en dylik lysna längs efter.

Armarne, förſta ledet, närmſt bröſtet år med hvita hår och ſvarta pinnar tåkt; det andra ledet år, på den hålften närmaſt

---

Retinacula, firmiora, perpendicularia, multum piloſa, unguli ſubnigris in extremitatibus armata, & quoad ſuperius dimidium ſuffuſcula, inferiori nigrant.

Spec. 4. *LIGNARIUS.*

Hæc ſpecies, Pl. 4. Tab. 4. per totum Junium, in ſylvis plerumque cæduis, inter ſarmenta, ac in ſepibus, facilima inventu, omnino piloſa eſt & variegata.

Oculi, ſinguli nigrant, & puncta magnitudine æquant ante araneum viſibilia.

Pedes, pilis & aculeis nigris abundant.

Pectus, ovatum, leviter planum, tenui ad longitudinem facula perducitur.

Alvus, ad formam ovi oblongi, ſimili notatur facula in longum producta.

Brachiorum, primi articuli, pectori proximi, pilis albis & nigris aculeis teguntur; ſequentium dimidia pectori proxima imitantur primos, mem-

maſt bröſtet, förſta ledet likt; men på hålſten näſt aflelſe-lemmen, af ſvarta hår och pinnar ludne. Hanans aflelſe-lemm (Fig. 2.) är utan pinnar; men af ſvarta hår ſtarkt luden. Honans armar ludne och långrunde.

Tilhållarena, tillika med klorne, ſvarta; men med hvita hår ymnigt närmſt ögonen ſirade.

Aggen voro 70 a 80 förvarade i en ſalt- eller ſjö-grön platt påſa; de voro ej vid hvarannan ſammankliſtrade, utan ſom pärlſand af mer eller mindre flöda kanter knaglote, ſamt hade en gul färg til rödt. Förſt i Julii voro ungarne klåkte.

Spec. 5. *MONTICOLA.*

Midt i Junii ſåg jag deſſas parnings-ſått (Pl. 4. Tab. 5.) uppå en ſtor brant ſten i ſol-baddet, hvaråſt flera redan voro i fult göromål. Efter åtſkilliga ſtarka hopp, ſom Hanen och Honan göra mot hvarandra, märka de ſtraxt någon kårlek eller åträ til närmare förtrolighet, hvarföre hoppen ſnart mycket min-

---

membro vero genitali vicina nigris pilis & aculeis rigent. Membrum maris genitale (vid. Fig. 2.) caret aculeis, verum pilis nigris crasſis opacatur. Fœminarum brachia piloſa ſunt & teretiuſcula.

Retinacula, una cum ungulis nigra, pilis albis proxime oculos abundant.

Ova quæ 70 vel 80 numerantur, non conglutinata, ſed ſeparata, ut ſabulum magis minusque obtuſe angulata, atque ex luteo rubeſcentia, in folliculo plano ſubviridi conſervantur. Primis Julii excluduntur pulli.

Spec. 5. *MONTICOLA.*

Circa medium Junii videbam horum. (Pl. 4. Tab. 5.) coëundi modum ſuper ſaxo prærupto ſolibus expoſito, ubi plures in ferventi actu occupati erant. Mas & fœmina, variis concitis ſaltibus invicem datis, mox amorem ſive deſiderium amicioris colludii ſentiunt, & eapropter in ſaliendo

minſkas, då Honan efter några få och låga motſprång, vänder åter, och Hanan, ſom hoppat högre, år ſom en blixt öfver hånna. Deras ſtållning år då ſkaffötes; Hanan makar ſig med det ſamma litet på ſned öfver Honan, och med ſin ena arm vänder Honans bål litet på ſned, ſamt med aflelſe-lemmen på den andra armen varliga och haſtigt omfattar Honans lilla utſtukne tub eller mårket; hvilket han flitigt gör, ån med den ena armens aflelſe-lem, ån med den andras. Skilsmåſſan ſker med ett haſtigt ſprång ifrån hvarandra. Denna Spindel-art år af mindre ſtorlek.

Ögonen, ſtåldte ſom puncterne fram för Spindelen.

Föttren, bleka; med ſvarta flåckar, ſamt ojåmnt långa hår, borſt och ſvarta pinnar.

Bröstet, aflångt, platt, lådet, ſmalare fram ån bakåt, ſvart; med en blek linia midt utåt hela bröſtet och något ner på bålen, ſamt en hvit karm på ömſa ſidor nårmſt föttren, teknadt.

Bå-

---

multo tardiores fiunt, dum ille quam citisſime inſilit in illam, poſt aliquot leviores ſaltus contra factos ſe ſubmittentem. Mas, poſtquam uno brachiorum alvum fœminæ parum oblique ad ſe adclinavit, illi tum ſitu præpoſtero leviterque obliquato incubat, & membro alterius brachii genitali tubam fœminæ prominentem, ſive membrum genitale modeſte adtrectat, quod ſedulo nunc unius brachii nunc alterius membro aſſidue continuat, donec & mas & fœmina celerrime diſſiliant. Hæc ſpecies ex parvis eſt.

Oculi ſiti quemadmodum puncta ante araneum.

Pedes, ſubalbidi, nigris maculis, pilis inæqualiter longis, & aculeis nigris.

Pectus, oblongum planum, piloſum, tenuius anteriora verſus, nigrum, ſubalbida lineola per medium pectoris in alvum quadantenus deducta, albaque fimbria proxime pedes utrinque, inſignitur.

Al-

Bålen, luden, ljus-brun ofvan, ljus-grå inunder. Hanans nåſtan rund, eller af trubbig ägg-form, och litet mindre ån bröſtet, ſamt litet vågig eller vattrad.

Armarne på Hanan, ſåſom Fig. 2. föreſtåller; då de litet kramas under microſcopet, ſynas de tvånne på inra ſidan teknade ſmå utſkåtten, af hvilka det främſta år nog rödt på den innerſta delen. Honans armar lång-runda; bägges ljus-bruna, med långa hår, borſt och pinnar.

Tilhållarena, ljus-bruna, ludna, lodråtta, med ſvarta klor i åndarna.

Spec. 6. PULVERULENTUS.

Midt i Junii fants denne Spindel-arten, hålſt på upptorkade gråslöſa ſtållen. Pl. 4. Tab. 6. Jag låg dem icke paras; men ſom bägge könen lupo yrt tilſammans om hvarannan, håller jag dem tils vidare för makar; deſſe voro litet ſtörre ån de föreſkrefne.

Ögonen hafva ſamma indelning ſom de föreſkrefne.

Fôt-

Alvus, piloſa, ſupra ſuffuſcula, ſubter favillacea. Maris fere rotunda, vel ad formam ovi obtuſi, & pectore paulo minor. Fœminæ ſimilis ovo oblongo, major pectore, leviterque undulata.

Brachiorum, maris extremitates Fig. 2. Dum ſub microſcopio leviter comprimuntur, adparent binæ illæ minuſculæ prominentiæ interiori latere delineatæ, quarum anterior intrinſecus rubet. Fœminæ brachia teretiuſcula: Utriusque ſuffuſcula, pilis longiuſculis, ſetis & aculeis.

Retinacula, ſuffuſcula, piloſa, perpendicularia, in nigras ungulas definunt.

Spec. 6. PULVERULENTUS.

Hi aridis medio Junii crebriores ſeſe offerunt. Pl. 4. Tab. 6. Coëuntes non videbam. Sed quia ambo ſexus una laſcivi ſaliebant, illos interea pro paribus habeo. Hæc ſpecies nuper deſcripta paulo major.

Oculi, poſiti itidem ut in præcedentibus.

Fötterna, med hår, borſt och pinnar.

Bröstet, ſvart, ägg-formigt, framåt ſmalt och kölaktigt, bakåt bredt och platt. Hanans med ſmått fjun dår och hvar nog tunt beſtrödt; Honans bröſt var nåſtan hölgdt af ljusbrunt fjun. Bägge hade en matt lyſna mot bålen.

Bålen, ägg-formig, ſvart, ſom ett ſammet luden: Hanans Fig. I. och Honans Fig. 2. ſins imellan något ſkiljaktige; hvilket ſes af ritningarne.

Armarne, förſedde på Hanan med ſådana afielſe-lemmar, ſom fig. 3. utviſar; Honans långrunda. Bägges af ojåmnt långa hår ludne.

Tilhållarena, ſvarta, litet ludna, lodråtta.

Spec. 7. PALUDICOLA.

Redan midt i Junii buro denna artens Honor (Pl. 4. Tab. 7.) ſina ägg-påſſar under ſig. De viſtas gårna på ſura jord-fläckar, ſå väl ſom vid vattubråddarne.

Ögo-

Pedes, piloſi, ſetoſi, aculeati.

Pectus, nigrum, ovatum, anteriora verſus gracile & carinatum; poſteriora latum & planum. Maris tenui lanugine intercile rarius ſparſum; Fœminæ ſuffuſcula protenus obductum: Utriusque alvum verſus notabile facula minus lucida.

Alvus, ovata, nigra, ſericata; Maris Fig. I. & Fœminæ Fig. 2. differunt inter ſe aliquantum, ſicut figuræ oſtendunt.

Brachia, maris genitalibus inſtructa membris, ad Fig. 3. Fœminæ brachia teretiuſcula: Utriusque pilis diſſimili longitudine veſtita.

Retinacula, nigra, leviter piloſa, perpendicularia,

Spec. 7. PALUDICOLA.

Medio Junio geſtabant fœminæ. Pl. 4 Tab. 7. folliculos ſuos ſub alvis. Ceteroquin libenter verſantur in udis locis & ad ripas aquarum.

Ocu-

Ögonen hafva ſamma indelning på denne, ſom de två fö-refkréfne.

Fôttren, med hår, borſt och pinnar ymnigt fôrſedde.

Brôstet, ſvart, ägg-formigt, platt, framåt ſmalt och kôl-aktigt, bakåt bredt och platt, ſamt ômnigt med ſvarta hår beſtrôdt.

Bålen, ägg-formig, ſvart, ſtarkt luden. På hanarne ſyntes en liten ljus-brun lyſna, fram mot brôſtet; men på minſta delen af honorne kunde den ſkönjas.

Armarne på hanan hafva fyra eller fem pinnar, och ſådane knappar ſom fig. 2. utviſar. Honans armar åro långrunde, ludne och utan pinnar.

Tilhållarena, ſvarta, ludna, lodrâtta.

Ägg-påſſarne, runda, men platta, bleka ofvan på, och ſvartaktiga inunder. En ljus rand eller ſôm omringade ôfra brâdden. C. L. Fau. Suec. 1219.

Spec.

Oculorum eadem ſeries ac ſuperioribus eſt.

Pedes, pilis, ſetis & aculeis pleni.

Pectus, nigrum, ovatum, planum: anterius gracile & carinatum; poſterius latum & planum, piliſque nigris abundans.

Alvus, ovata, nigra, multum piloſa. Facula ſuffuſcula, quæ marium pectora verſus exſtabat, in paucis fœminis poterat cerni.

Brachia maris gaudent quatuor aut quinque aculeis, & ejusmodi membris genitalibus, cujusmodi exhibet Fig 2. Fœminæ brachia teretiuſcula, piloſa, aculeis carent.

Retinacula piloſa ac perpendicularia, nigrant.

Ovorum folliculi, orbici planeſcunt, ſupraque ſubalbicantes, ſubter nigricant. Quin lineola ſive ſutura lucida ſuperius marginati ſunt. C. L. Fau. Suec. 1219.

Spec.

Spec: 8. *AMENTATUS.*

Midt i Junii, fants jämväl denne arten (Pl. 4. Tab. 8.) men på upptorkade och gräs-lösa ställen. Mot slutet af månaden, hade alla honorne lågg-påsar under sig.

Ögonen och Fötterna på desse åro aldeles lika med de två föreskrefne arternes.

Bröstet; nästan svart, ägg-formigt, smalt framåt och litet kölaktigt, bredt bakåt och litet plattaktigt; med en brunaktig lysna, som ett band, midt utåt, hvilken närmast bålen blef litet klarare. Eljest med mycket tunt och föga synbart fjun fläcktals beströdt.

Bålen, ägg-formig, svartaktig, jämnt luden: är på hanarne teknad med en liten smal ljus-brun lysna midt utåt; men ej på honorna, hvilka åro märkte med en liten hvitaktig hårtifs på svart botten närmst bröstet.

Armarne, ludne.

Tilhållarena mörka och lodrätt ståldta.

Äg-

Spec. 8. *AMENTATUS.*

Exacto Junii medio, hæc quoque species (Pl 4. Tab. 8.) obvia erat, sed in aridis gramine cassis. Fine vero mensis ingruente, folliculos sub se ferebant singulæ fœminæ.

Oculi ac Pedes horum, duarum nuperrime descriptarum specierum omnino æquant.

Pectus, nigricans, ovatum, anteriora versus gracile leviterque carinatum, in posterioribus latum quadantenus planescit. Facula instar ligamenti in medio suffuscula, alvum proxime paulo magis lucet, Pectus alioqui lanugine minus adspicua rare & acervatim spargitur.

Alvus, ovata, nigricans, omnino pilosa: media marium facula tenui, suffuscula, perducitur; non vero fœminarum, quæ proxime pectus, albicanti pilorum fasciculo in nigra basella, distingvitur.

Brachia, pilosa.

Retinacula furva & perpendicularia.

Ovo-

Ägg-påſſarne, mörka under och bleka öfvanpå, runda men platta. Då honorna råkade, at af våda, i trångſel, ſlita ägg-påſen lös ifrån ſig, ſkydde de föga någon fara, utan ſökte den ſtraxt upp, buro honom ett litet ſtycke med ſig, och ſatte ſig i ſäkerhet, då de på ett behändigt ſätt, ſedan de krökt bålen litet fram under bröſtet, fäſte ſin ägg-påſa ſå faſt, ſom han ſetat förut, hvarefter de med ſkyndſamhet ſökte at fortſätta flykten.

Spec: 9. *TRABALIS.*

Vid ſlutet af Maji, fångades denna Spindelen, Pl. 4. Tab. 9. på gråsmark. Den är ibland de ſtörre af detta Slägtet.

Ögonen, uti den vanliga ſtällningen, och ſvarta.

Föttren öfveralt ludne; med många grofva hår och pinnar.

Bröstet, ſtarkt ludet, aflång-äggform, ſvartaktigt; med ett

Ovorum facculi ſubter tenebricoſi, ſupra ſubalbidi, orbici planeſcunt. Quando fœminæ, in anguſtias imprudenter incidentes, folliculum aliquem a ſe avulſum comperiunt, vix ullum diſcrimen formidant, ſed e veſtigio amiſſum requirunt, & inventum ſecum deportant in ſeceſſum brevi intervallo proximum, ubi alvo ſubteriori pectoris lateri paululum adclinatæ, tuto atque commode, folliculum, æque arcte, ut prius adhæſit, rurſus coaptant; quo facto, meditatam annituntur fugam.

Spec. 9. *TRABALIS.*

Circa finem Maji hic (Pl. 4. Tab. 9.) in campo graminoſo capiebatur aranеus, majoribus hujus generis adnumerandus.

Oculi, ordinarii nigrant.

Pedes, omnino piloſi; multis craſſis pilis & aculeis.

Pectus, admodum piloſum, ad formam ovi oblongi, nigricans, ligamento

ett ljusbrunt band, eller bred linia ſom en bjälke, långs efter; närmſt fôttren en karm af ſamma fârg.

BÅLEN, ägg-formig, ſtarkt luden, nåſtan ljusbrun; men vid bröſtets fåſte teknad af ett ſvart romerſkt V, med en ſpetſig oval, och ljus-brun rand inuti, hvars yttre hålft mot bakåndan aldeles fôrſvann.

ARMARNE, ludne och ljus-bruna.

TILHÅLLARENA, ludna och litet ljus-bruna.

Pl. 4. Tab. 10. fôreſtäller en annan art. Om denna år en blott fôrändring från den fôrra, eller vårkeliga utgôr en ſärſkild art, kan jag icke ſåga, emedan jag ej funnit mer ån en af hvardera; den fôrra den 25. Maji, den ſenare den 15. Junii. Denna år den fôrra til alla delar aldeles lik; undantagno, at fôttren på denna åro litet båltiga. Det ljusbruna bandet på bröſtet råcker ej fram, utan ongefår ôfver två tredjedelar, til bålen, hvaråſt ſynes en tydelig ljus-brun oval fläck, ſom år ſpetſig mot bägge åndar.

Spec.

ſuffuſculo, ſive linea lata, velut trabecula ad longitudinem, pectoris vero proxime, fimbria ejusdem coloris, notatur.

ALVUS, ovata, valde piloſa, fere ſuffuſcula; aſt circa juncturam pectoris, nigra litera romanorum V, linea triquetra ſuffuſcula intrinſecus ſignata, & anum verſus omnino inadſpicua, notabilis.

BRACHIA, piloſa & ſuffuſcula.

RETINACULA, ſuffuſcula & paulum piloſa.

Pl. 4. Tab. 10. aliam ſpeciem proponit, quæ utrum a nuper deſcripta variet, aut diſtinctam conſtituat ſpeciem, non dicere poſſum Unicum ex utraque ſpecie araneum, priorem nimirum d 25. Maji, poſteriorem d. 15. Junii, ſaltem reperiebam. Hic illi omnibus partibus ſimilis erat exceptis pedibus, qui huic falcia parum cingebantur. Ligamentum pectoris ſuffuſculum in tertia ejus parte alvo proxima ſubſiſtebat. Macula ovata ſuffuſcula utraque extremitate acuminata in alvo adſpicua.

Spec.

Spec. 10. *CUNEATUS.*

Fan's, vid ſlutet af Maji, bland gråſet. Pl. 4. Tab. 11.

Ögonen, efter vanligheten.

Fôttren, af hår och borſtar ludne; med en eller annan pinne.

Brôstet, åggformigt, mörkt; med en blek, bred, luden linia eller band midt utåt åſen, ſamt åtſkilliga längre hår, ſom alla vände ſina ſpetſar fram mot ögonen; på ſidorne närmſt fôttren likaledes med en blek karm eller rand.

Bålen, ågg-formig, blek och tåmeliga jåmnt luden, utmårkes igenom en ſvart kil längs efter, med hvit karm, väl från alla andra. Kilen var tjockare framåt och ſpetſigare mot bakåndan. På bålens öfra kant, dår den fåſtes med brôſtet, ſatt en tåfs af långa hår, hvilken ſåg ut ſom ett V. Sjelfva V beſtod af ſvarta hår, hvilka innanföre voro hvita.

Ar-

Spec. 10. *CUNEATUS.*

Sub finem Maji repertus in gramine. Pl. 4. Tab. 11.

Oculi ordinarii.

Pedes, piloſi, ſetoſi, uno alterove aculeo.

Pectus, ovatum, furvum, ligamento ſive lineola ſubalbida, lata & piloſa, variis longiuſculis pilis ad oculos ſe convertentibus, adſperſa, ſuper medium acumen notum, fimbria ſive lineola ſubalbida, lateribus proxime pedes marginatur.

Alvus ovata, æqualiter ſatis piloſa, nigro ad longitudinem, cuneo, alba fimbria circumducto, a ceteris optime diſcernitur. Cuneus ad anteriora obtuſus, anum verſus acuminatur. Similitudinem literæ V productorum refert pilorum faſciculus, in ſuperiori latere, ubi pectori jungitur alvus. Ipſum V nigris pilis intrinſecus albentibus componitur.

Armarne, af ojämnt långa hår och några borſtar ludne.
Tilhållarena, armarne lika.

Spec. 11. *UNDATUS.*

Förſt i Auguſti fants en bland kårt gräs; Pl. 5. Tab. 1.
Ogonen, af vanlig ſtållning; med ymnigt hår i kring.
Föttren, ymnigt med hår och pinnar förſedde.
Bröstet, trubbigt, åggformigt, mörkbrunt, platt, ſom ett ſammet ludet, med ljus-bruna hår i kring ögonen, och en rand af orenthvitt på ömſe ſidor, ofvan föttren.
Bålen, ägg-formig, ljus-brun, ſom ſammet luden, med en orent-hvit våg å ömſa ſidor omgifven.
Armarne, af hår och pinnar ludne.
Tilhållarena, rått ſmå och ludna.

Spec. 12. *NIVALIS.*

Midt i Septemb. fants en hane (Pl. 5. Tab. 3.); och ſom jag ännu icke ſett någon hona i det Slågtet, hvilken kan paſſa åt

---

Brachia, pilis inæqualiter longis, & aculeis aliquot.
Retinacula, brachiis ſimilia.

Spec. 11. *UNDATUS.*

Calendis Auguſti in humili gramine unus offendebatur, Pl. 5. Tab. 1.
Oculi, ordinarii, pilis large cincti.
Pedes, admodum piloſi & aculeati.
Pectus, obtuſum, ovatum, ſuffuſculum, planum, ſericatum; pilis circum oculos ſubnigris, & lineola ſupra pedes utrinque ſemicana.
Alvus, ovata, ſuffuſcula, ſericata; unda ſemicana latera cingente.
Brachia, piloſa & acuminata.
Retinacula, minuſcula & piloſa.

Spec. 12. *NIVALIS.*

Mas ad medium Septemb. reperiebatur Pl. 5. Tab. 3. & quia nullam hujus

åt honom; få tviſlar jag ej, det han ju förtjenar ſin egen numer.

Ögonen, hos denne, ſom de förra.

Föttren, ſammaledes, och ludne.

Bröstet, rhombiſkt, kupigt; med en bred hvit ås, och därpå två ſvarta puncter, fram mot ögonen; ſvart på ſidorne, med en orent-hvit rand närmſt föttren.

Bålen, långlig, äggformig, luden, til en god del hvit ofvanpå; med två ſvarta puncter närmſt bröſtet: ſvartaktig på ſidorne, och orent-hvit längre under.

Jag födde honom i några dagar, och, vid deſs matning, förgat, at genaſt tilſluta öpningen på deſs hårbärge; hvarföre han tog tiden i akt och rymde, ſå at *Armarne* och *Tilhållarena* denna gången icke kunna beſkrifvas.

Spec.

---

jus generis Fœminam illi reſpondentem hactenus vidi, non dubito, quin ſub proprio numero notari mereat.

Oculi ſervant ordinem.

Pedes piloſi, legitimi.

Pectus, ad figuram rhombi, eminens, albo lato acumine, binis nigris punctulis frontem verſus ſignato, nigrisque lateribus, lincola proxime pedes ſemicana notatis, conſpicuum.

Alvus, longiuſcula, ovata, piloſa, ſupra ad magnam partem alba, duobus punctulis nigris proxime pectus diſtincta, ſubtus vero ſemicana, utroque latere nigricat.

Alui hunc araneum aliquamdiu, usquedum per manſionis aperturam, quam ſemel poſt cibationem ſtatim occludere oblitus eram, evaderet; unde *Brachia* & *Retinacula* hac occaſione delineari non poſſunt.

Spec. 13. *PIRATICUS.*

Den 10. Junii, fants en enda hane (Pl. 5. Tab. 4.) på vatten löpande, uti små vikar imellan vaſſen och ſtranden. Jag ſåg åtſkilliga, ſom helt ſnålt fångade ſig rof, men fick allenaſt en med mycken möda faſt. Jag ſökte denna arten ſedermera många gånger, på detta och alla dylika ſtållen håromkring; men fåfångt. Antingen mycken blåſt och något rågn, eller deras tid at ej mera finnas, varit orſaken dårtil, kan jag icke ſåga.

Ögonen följa den antagne ordningen.

Föttren, af hår och borſtar ſtarkt ludne; med pinnar dår och hvar.

